Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

92

Vide enim quomodo dns in euangelio p parabola stultas uirgines nominat. que oleum non portant in uasculis suis. et tantum stultas. ut quo tempore fuerit eis oleum adsuccendendas lampades suas. thalamis exclusae sint nuptiarum. nec pulsantibus hisque olei curam neglexerant ut aperiri iusserit sponsus. Memini tamen dudum nos cum centesimum octauum decimum psalmum exponeremus illum uersiculum in quo scriptum est. lucerna pedibus meis lex tua dne. et lumen semitis meis. diuersitate lucernae et lucis puris ostendisse. Dicebamus enim quod lucerna quidem pedibus id est inferioribus corporis partibus deputatae. lucem uero semitis dederit. quae semitae etiam nominantur. Quia quidem secundum quandam mysticam rationem inferiores partes creaturae mundus hic intelligitur. ideo lucerna legis his qui in hoc mundo tamquam toti creaturae pedes sunt accensa memorat. Lux autem etiam erit illis semitis p quas in futuro seculo unus quisque pmeritis incedet. Sed de his in suo loco sufficienter pnris uiribus dictum est. Hunc quoque uespere et nox usque ad consumationem seculi et usque quo nouus dies futuri seculi et noue lucis fulgeat. ardet unicuique nrm lucerna hec. in tantum splendore luminis pbens. quantum olei copia ubertate opum fuerit ministrata. Denique et iob in quodam loco cum de bonis opum suorum expo nere addidit et ita hoc. Cum splenduerit inquit lucerna super me. na hec. in quantum oleo bonorum opum fuerit accensa. Si autem male agamus et opa nra mala sint. non solum non accendimus sed extinguimus nobis istam lucernam. et complet illud in nobis qd scriptura dicit. quia qui male agit in tenebris ambulat. Aut non putet extinxisse lucernam. qui lumen caritatis extinxerit. Qui autem diligit frem. in karitatis luce

b in alio loco semit

Splendet q unicuiq nrm lucer

Extinxit enim lucernam caritatis et ideo in tenebris ambulat